

Digitales Brandenburg

hosted by Universitätsbibliothek Potsdam

Il Buratto.

**Aprosio, Angelico
Stigliani, Carlo**

Venetia, 1642

Elegia de vindiciis adonidos mariniani

urn:nbn:de:kobv:517-vlib-5468



ELEGIA

DE VINDICIIS

ADONIDOS MARINIANI

Datis à Scipione Glareano contra Tho-
mam Stilianum.

DELICIAS Paphiæ Cynaræum
matris Adonin
Fulmineus fævo dente peremit
Aper,
Luctus & insani tencro sub corde
dolores

Cessarunt nunquam discruciare Deam :
Donec Apollinea clarissimus arte MARINVS
Eripuit Stygio seq; virumq; Iovi.
Agnoscit reducem, veteresq; resuscitat ignes,
Et cupidum cupido fert Cytheræa sinu.
At vatem viridi florentein tempora myrto
Alatus bijugo vestat olore puer.
Nec Nemesin nec tu metuas injusta Tonantis
Tela , Coronides quæ pietate tulit.
Hæc accusaret cum Delia , dicitur iræ
Præcipitis subito pœnituisse patrem.
Vix Phœbi lacrimæ & tristes accedere questus :
Pergameo crevit numine turba poli .
Ipse procuravit , ne nunc infame secundo
Decideret fulmen crimine , cautus Amor .
Et mensis hilarem ac multo Ganymede calentē
Aggressus solita molliit arte Iovem .
Conferseq; suum decima cum Pallade munus
Aonides validas non tacuere preces .
Ipse , sacros cuius cineres juvenilis adorat
Parthenope , cuius carmine Troja manet .

Quicq;

Quiq; duces septem cantatis cedere muris
Et magno Æaciden Statius ore docet,
Implicita dignum lauru umbravere nepotem,
Et propriæ partem laudis habere jubent.
Quæ tibi quæ cordi lœva, o STILIANE, voluntas
Invidiæ morsu sollicitare virum?
Sint tibi, queis, oculi, serpens inspecta venenat.
Tam bene munito lumina nulla nocent.
Gorgoneos crines Perseus tractavit inultos,
Cui tamen auxilio sola Minerva fuit.
Et flammam & fumi repetita volumina frustra
Cacus in Alcidēn ore feroce vomit.
Quo nebulas contra robur? sic fraude pudenda
Fidere prædonem tu, GLAREANE, vetas.
Numina & Heroas, non solum, crede, M A
R I N V M
Multiplici officio demeriture tibi.

IOANNES FEDERICVS GRONOVIVS
HAMBVRGENSIS.